



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 32. Diversæ summi Pontificis Constitutiones & decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§. XXXII.

*Aliae Clementis XII. Constitutiones
ac decreta.*

Equidem Pius IV. & postea Clemens VII. die undecima Junii Anno 1564. Societatis Provincialibus in partibus Indiarum ad viginti annos concesserunt ut eorum Missionarii in gradibus prohibitis consanguinitatis & ad contrahendum matrimonium accedere possent: attamen hoc anno 1734. curator Generalis exposuit, hoc concessionis tempus jam dudum exsuffasse, & dubium esse, an non Missionarii hanc facultatem innovatam rati, dispensarint, hinc Papa auctoritate sua post expirationem terminis contracta revalidavit, & pro contrahendis (excepto tamen primo gradu consanguinitatis) gratis dispensandi & a censuris & pœnis in foro conscientiarum tantum absolvendi facultatem die 1. Septembris dedit, si Ordinarii non sint, vel ultra duas diœceses extulerint. Insuper die tertia Decembris Pontificatus ad implorandam Dei opem prope inter Principes Christianos aliisque ecclesie necessitatibus Jubilæum universale indixit. Amplissimas quoque indulgentias Ordini Servorum B. Mariæ

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

Mariæ ad preces Petri Mariæ Cardina-
 lis Pieri ex præfato Ordine assumpti
 concessit, & ejus Superioribus Sacra
 indumenta, & propriæ Ecclesiæ, in
 quibus sancta unctio non intervenit,
 vasa benedicendi potestatem fecit. Hujus
 autem Pontificiæ liberalitatis causas
 Pontifex exposuit sequentes, quod hic
 Ordo a suis primordiis ad hæc usque
 tempora Catholicæ Ecclesiæ admodum
 utilis, & fructuosus extiterit, & di-
 lecti Filii ejusdem Ordinis Fratres
 quamplurima Christianæ pietatis &
 charitatis opera sedulo exercuerint, &
 præsertim in æterna Christifidelium
 salute procuranda assiduos labores ala-
 criter susceperint, ac denique quia *erga*
dictum Ordinem (ut inquit Pontifex)
Nos peculiarem devotionis affectum sem-
per gassimus, ejusque Ordinis Protecto-
ris munus olim a bonæ memoriæ Nereo,
dum viveret ejusdem S. R. E. Cardinale
Corsini nuncupato Patruo nostro obtentum,
dum Cardinalatus honoreungebamur, per
plures annos egimus, & ad summi Apo-
stolatus apicem, divina favente clementia
assumpti, quoad vivemus, retinere duxi-
mus, quique quando Deo placuerit, vita
functi fuerimus, ad illud obeundum dile-
ctum etiam Filium nostrum Nereum dictæ
S. Ecclesiæ Diaconum Cardinalem etiam
Corsini nuncupatum secundum carnem ex

XX 2

Fra-

Sæc. XVIII. *Fratre Germano Nepotem per literas depoliticis,*
 A. C. 1734 *stolicas, auctoritate Apostolico deprecatus.*
mus.

Denique die decima Novembris
 leratissimum librum Gallicum, cui
 tulus: *Jesus Christus anathemate per*
 S. Inquisitionis decreto damnavit,
 die vigesima septima ejusdem Mensis
 ante fores Ecclesiæ S. Mariæ supra
 nervam ferale pegma erigi jussit,
 demque infernalem hunc diaboli
 genii foetum infamibus flammis
 cis manu absumi præcepit.

§. XXXIII.

Alexander de Falconeriis mortuus.

Inter Cardinales, qui hoc anno
 puram cum morte commutavit,
 primus erat Alexander ex perve
 juxta ac illustrissimo Falconer
 genere ortus. Humanioribus
 Romæ imbutus, Theologiæ & Jus
 prudentiæ tam sedulo incubuit,
 Doctoratus lauream emeritus, su
 dem obsequia sacræ Sedi dicare
 ret, nullum tamen officium
 brevi autem amplioris meriti
 habuit Innocentius XI. a quo
 der primo Congregationi de
 gimine, ac postea alteri, quæ
 nominatur, admovebatur, demum